

In hoc libello cōtinētur

Athenagoras de resurrectione.
Xenocrates platonis auditor de morte.
Cebetis thebanī Aristotelis
auditoris tabula: miro artifi
cio vite instituta con
tinens.




Marsilius ficinus

florentinus domino Germano de Sanay Parbisij
consulari regio viro doctissimo. Salutem. P. D.

Multis iamdiu de causis

te multum amo: nec minus q̄ Germanū suavissime mi Germane.
iuuat me vt vides gratioso tuo nomine Germano sepe ludere: ac
te forsitan iuuat audire. Cum inq̄ ob virtutes multas te iādiu nō
mediocriter amem: q̄ plurimū tamē propter singularem erga de
functos precipue prestantissimos charitatem. Hec enim pietatis
diuine species est: & rarissima quidem atq; liberalissima. Soli p-
fecto videntur gratis amare qui defunctos amant: a quibus ple-
riq; nichil sperat. Tametsi Plato Plotinusq; multa ab his affer-
ri beneficia posse disputant. Ego igitur vt te propter acerbum po-
liciant/picioq; virorum excellentium obitum merentem pro virib⁹
consolarer. Statui ad te mittere: que ex libro Athenagore athe-
niensi philosophi christiani de resurrectione iāpridem excerpti
interpretatus e greco. Si hec et preterea que in theologia Pla-
tonica de resurrectione tractamus cōsideraueris: leuius fortasse
merebis. Legel igitur ac viue feliciter vir et amice diurna & feli-
ci vita dignissime.



Athenagore de resurrec

tione excerpta per Marsiliū fycinū florentinū. Argumētum,
Athenagoras atheniēsis philosophus christianus floruit tempore
Marci Aurelii antonini et cōmodi infra ducentesimū a Christo
annū et in libro de resurrectione ista concludit.

Batiōes de rebus huma

nis: alie trahuntur ex ordine naturali: alle ducuntur ex ordine prouidentie: quales sunt rationes de resurrectione mortuorum. Si ergo probemus hanc deū posse scire: velle: eam fere iā probauerimus. Deus anteq̄ componeretur homo sciebat totum mundi corpus et partes eius elementales atq; particulas et quomodo et quando conflande inuisum forent ad hunc hominem cōponēdū aut illum. Similiter quādo dissolvitur intelligit quo potissimum partes et particule et quibus gradibus postremo peruerenterint. Scit ergo vicissim unde recipiente: quibusue modis in eandem rursus formam reconciliande sint ad eundem hominem iterū cōponendum. Scientia vero penes deum et potestas idem. et quē admodum quod ab inicio cognoscebat et facere poterat: ita quod cognoscit adhuc eque reficere potest. Deus cum sit sapientia ipsa ideoq; nichil frustra faciat: hominem sapientie compotem nō fecit frustra: igitur ad certum finem. Nō ad hunc videlicet finem ut vel superiora nobis vel inferiora ad usum suum utantur homine: Illa enim hoc usu non indigent: hec autem ad usum nostrum potius sunt instituta. fecit igitur deus hominem propter seipsum Atq; propter bonitatem sapientiamq; in uniuerso dei opificio contemplabilem. fecit utiq; hunc deus ut viueret quidem: neq; pro suis extingueretur brutorum instar. Huic enim animali intra se ipsum autoris sui dei similitudinē gestanti per intellectum atq; rationem: sempiternam deus vitam est largitus. Nempe bruta non propter seipsa sed propter aliorum usum creatu sunt: quo quan- doq; cessante non est eorum perseveratio vel restitutio amplius necessaria. Homines autē non ad alienum usum ita sunt creati sed ad vitam suam ita continuandam: ut autoris sui potentiam sapientiamq; considerantes legemq; et ius obseruantes una cū illis sempiternam vitam producerent: cum quibus acceptam ab initio vitam continuerunt. Deus siquidem naturam dedit homi-

ut ex anima immortali et corpore institutam tali videlicet: ut tali anime se eniret diuina contemplanti deumque imitanti per legum obseruantiam diuinorum. Hic igitur actus circa eternum. hic finis in actu intimo constitutus declarat fore hominem sempiternum: in natura videlicet sua ad actum eiusmodi conducente in copula corporis simul et anime: que si quando dissoluatur restituenda est per resurrectionem speraram a nobis non vana quidem spe sed certissimo quadam fidei usore: consilio videlicet divino ad eiusmodi officium finemque sempiternum naturam hominis eiusmodi procreante deus hominem non in alienum usum retulit: sed ad actum sue nature intimum procreauit imitaturum deum per contemplationem et obseruantiam diuinorum. Qui sane finis cum ipsi nature sit intimus ad sempiternumque directus: declarat hominem sempiternum fore hominem inquit non animam solam sed spem ex anima corporeque compositam. Ad hanc enim constituendam deus velut partes animam redegit et corpus. Compositi quidem hominis procreatio est: compositi natura: compositi vita communis ex actionibus: passionibusque tam corporis que animae congregata. Compositi igitur finis est communis: id est imitatio dei. Atque per hanc eiusdem fruitio. Justicia quoque diuina in iudicium trahet utrumque commune premium vel supplicium reportaturum ex actione et passione vitaque comuni. Non potest autem finis fore cōsensus iustitiaeque exhibitus nisi ad unum communem eumque hominem qui cōmuniter operatus fuerat quandoque pertineat. ad hoc autem necessaria est resurrectione defunctorum. Dedit deus homini intelligentie rationisque iudicium ad cognoscenda intelligibilia dei que bonitate et sapientiam atque iusticiam. Cum igitur hec sempiterna sint: consequens est hominem ad sempiterna natum fore et sempiternum: Hominem inquit compositum. huic enim datus est iudicij huius usus officiumque virtutum et imitatio diuinorum. Ac nisi compositum maneat non permanet usus officiumque eiusmodi. Non potest autem absque resurrectione homo sempiternus fore. Nisi vero restituatur homo in sempiternum: temere frustraque coniuncta fuisset anima corporis indulgentie passionibusque innumeris: frustra corpus impeditum a ratione quo minus oblectamentorum suorum quotidie potretur. Temerarius fuisset laboriosus virtutum usus: religiosus iusticie legumque obseruatio. Perseuerantiam utique sempiternam pro diversitate naturarum alia quidem aliter habent: angelii immobiliter: Celestia vero mobiliter: sed continue: homines autem mobiliter atque interrupte anima quidem perseverentiam continuam: corpus

3

intermissam vitam. Bruta nullo modo. Ad naturam enim corporis aspicientes dissolutionem timemus: Ad naturam vero anime usumq; virtutum et scientiam creatoris resurrectionem corporis expectamus. Corporis preterea vitam non minus propter hoc se-
piternam dicimus q; sit ad tempus per separationem anime in-
terrupta. Quemadmodum et uniuscuiuscq; hominis vitam dicim⁹
usq; ad obitum vñā atq; continua. etsi per vicissitudines quasi
sit intermissa et per etatum mutationes admodum permutata.

Quod ex prouidentia iusticiaq; diuina resur-
rectio sit Cap. iij.

Deus qua sapientia fecit/ facitq; omnia : eadem et singu-
lis assidue prouidet. et qua iusticia varios in mundo depo-
suit gradus: eadē sua cuiq; dispensat vbiq;. Prouidentia
hechoi ex aia corpeq; p̄posito nutrimentū successionēq; prouidit
P̄cidite ergo p̄posito quoq; iudiciū disp̄saturum iuste cōmune
premīum vel supplicium pro actionib; passionib; anime cor-
poris communib;. Judicium vero eiusmodi in vita presenti mi-
nus impletur vbi impū quidē plerunq; fortunati sunt: P̄ii ve-
ro iustiq; frequēter ifortunati. In altera vita quinetiā expleri ne-
quit iudicium communia iuste distribuens/ nisi sequatur corporū
resurrectio. Corpus profecto sicut fuit anime socium in actionib;
passionib; tam virtutum q; victorum et in sanctimonia et mar-
tiro comes: ita debet īlpena vel premiis habere cōsortium: est
ergo corpus idem resurrecturum. Nisi enim premia manerent vi-
te sequentis: prouidentia iusticiaq; diuina traheretur in dubium
Homo quinetiam brutis foret miserabilior: qui religionis et iusti-
cie gratia corporeis se priuat oblectamentis et incommoda subit
innumera. Ipsiq; virtus/ religio/ leges deliramenta forent atq;
detrimenta Nisi resurgent corpora non habet iusticia diuina locū
in corpore vel anima. Non in corpore: Quia iūustum foret animā
habere premia laborum in quibus magnā partem perpeſsum est
corpus: ipsum vero non habere in premio partem. Non in anima
Quia iūustum esset animam solam dare penas peccatorum q; plu-
rimorum que non commisserit: nisi corpus ei fuisset ad iunctum
Nam corpore e necessitatib; voluptatisq; et passionis gratia pertur-
bationes subit plurimas et sepissime peccat. Cūlia nō sunt soſsus
anime sed sunt in composito contracta videlicet ex indigentia et

incitamento corporis. Similiter virtutes sunt in composito. Nam
anime soli nunquam profecte in corpore non fuisset opus fortitudine/contumelie/
tolerantia/comitio pro rebus agendis similique iusticia. Sunt
ergo virtutes fundate: Hinc quidem in anima inde vero in corpo-
re quod et confitentur omnes: virtutes scilicet saltem morales esse af-
fuetationes quasdam animalis corporis nostrum. Non est ergo iustum
solam animam vel supplicia viciorum vel virtutum premia repor-
tare. Leges date diuinis non aie soli sunt date sed homini non enim
fuisset opus aiam arcere ab adulterio homicidio/furto/similibusque
rebus que sunt ad corporis indigentiam usumque corporeum. Compositu ergo
quod est legibus alligatum iustevel subiturum est obseruaturum legum pre-
mia vel preuaricationis supplicia perpessurum. Cum singula pro
diversitate naturarum fines proprios habeant/ necesse est natu-
ram hanc rationalem quandoque finem propriam obtinere. Non est
autem hic finis indolentia/ estenim corporibus inanimatis quoque co-
munis neque rursus oblectatio sensualis: communis enim est bru-
tus. Sed est aliquid potius secundum propriam eius precipuaque
naturam et virtutem et actionem id est rationalem intellectualeque
preceptum in quo denique conquiscat. et in quo statu virtus ipsa su-
is premis perfruatur. Eiusmodi finis in vita presenti nunquam assequi
possimus. Igitur in futura. Cum vero sit finis vite actionisque hu-
mane: atque vita et actio communis sit atque compositi consequens
est finem illum ad compositum pertinere. per quam sane consequen-
tiam futuram resurrectione auguramur. presertim quia cum diuinis
noster opifex oia sui gratia fecerit. Ideoque ratione et intellige-
tiam diuinorum compotem ad seipsum contemplandum nobis ab initio
dederit. Unde concluditur contemplationem dei: firmam/ ab-
solutamque hominis esse finem. Hec autem breviter de resurrecti-
one dicta sunt nobis/ non proponentibus quidem de hac quecunque
dicti possent eloqui. Sed quedam oportuniora pro tempore que et
audientes facilius percipere possent.

Marcilius ficiñus

dilectissimo Hermano. S. dicit.

Hymnū orpheum de nā

tura legere latinum mi Germane cupis: Et quoniam germanorum sicut eadem ferme natura est: sic et voluntas eadem esse debet. Accipe iam munusculum exoptatum. Quod quidem ego pariter te volente volo. Sed anteq̄ orphica verba legas audi prīsum de natura mysteriorum quo facilius eorum more diffinire natu ram atq̄ diuidere possis. Natura vniuersalis est secunda potestas bonorum genitrix ad essentiam et motum vitamq; pertinen tiūm. Nec autem quatuor habet gradus. Infimus quidem est in vniuerso mundi corpore. Superior autē hoc i ipsa mundi anima Rursus altior in mente pura. Altissimus in ipso bono: vbiq; definitionem habet ferme eandem proprietatemq; similiter virtutem vero gradibus differentem. Multa quidem sunt variaq; in rebus bona a quatuor principiis omnia scilicet ab ipso bono et intellectu puro profecta. Item ab anima mundi et ab ipsa machine mundane virtute pendentia. Horum vero principiorum nullū nature dicicitur quatenus munera largiuntur que ad intelligētiā aut sensum vel ad ordinē distinctionēq; formarum et similia pertinet. Sed quatenus principia hec vim habēt ad essentie motusq; et vite dona horum quodlibet natura vocatur. Per alias autem vīres reliquosq; effectus alia quedā nomina sortiuntur. Propterea varia i uno quoq; sunt noīa. Sed natura vbiq; videtur numerū antiquissima. Eiquidē prima vbiq; tradit munera reliquorū fundamenta bonorum. In machīna quidem mundi animaq; mūdā nominandam esse naturam declarat Timeus disputans de mundi natura et Cratylus pbans aīam apud grecos incognitam quod naturam ipsam contineat. Preterea Philebus vbi mundanum hoc animal appellat Jouem subditq; in lōuis natura regium intellectum animumq; inesse. Naturam quoq; in intellectu puro nominat in. iiii legum vbi ait deus secundum naturā se reuolutū deniq; in ipso primo vniuersi principio naturam vocat in epistola ad dyonisium prima: quando inquit interrogasti me de prima natura. Similiter in epistola ad syracusanos vbi sic ait ad sensum siquidem scilicet naturam libenter in lucem generi

humano proferrem. Pro priore autem appellatiōe naturā Plo-
tinus quidem ponit in anima mundi: vegetalem. s. huius anime
potestatem. Proculus autē sub anima videlicet in ipsa mundi ma-
china vocans eam umbram et vestigium virtutemq; et instrumē-
tum anime mundane ad ipsum mundi corpus mouendum atq; re-
gendum. Hoc sane sensu Aristotelem arbitror naturam principi-
um motus appellauisse: Anima em̄ z anime virtus in corpore p̄
cipium motus existit. Ubi vero Pan deus nature vocatur non
quidem nature autor est itelligendus sed minister: Pan enim est
vbiq; dominica virtus vniuersalis nature ministra. Orpheus
igitur in hoc hymno vniuersalem naturam quatuor gradibus di-
stributam celebrat quasi vnam: Quippe cum sequens vbiq; gra-
dus ex precedente depēdens conspiceret ad idem. Propterea et tu
dum varia cognomēta et hec quidem sepe diuisa leges suis que
qz gradibus assignato exempli causa vbi naturam tanq; finē infi-
nitum cōmunicabilem eque predicit: suiq; ipsius; patrem atq; si-
milla. intelliges ipsum bonum vbi vero artificem fictricem prou-
dam sapientiam: intelliges intellectum purum ipsius boni filium;
vbi matrem nutritiū et transformatem atq; mouentem vbi ani-
mam mundi considerabis intellectu puro creatam. Ubi demonē
celestē ethereā marinā terrenam: ex cogitabī virtutem anime
et spiritum mundana regētem. Summatim vero hymnus de na-
tura orphycus est eiusmodi.

Xenocratis philosophi

platonici liber de morte translatus e greca lingua in latinam a Marsilio ficino florentino ad clarissimum virum Petrum me dicem. Socrates. Clinias. Ariocheus.

Qum in cynosargem pro

ficiscerer et si solum applicarem: vocem cuiusdam nomine me vocantis auditui. Cōuersus autem: Cliniam vidi Arioche filium/ versus fontem calliroem currētem: vnaqz cum eo damonem musicum/ charmideumqz filium Glauconis. Quorum ille quidem musice preceptor hic autem mutua quadam benivolentia coniunctus erat. Ultum igitur michi est ut retrocederem illisqz obulus fierem: ut ocyus et facilius congrederemur. Lachrymans vero Clinias: Socrates (inquit) presens tempus exigit: ut illam quam semper predicas sapientiam: nobis ostendas. Pater enim meus repantino quodam et intolerabili morbo pressus est: et morti proximus esse eamqz moleste ferre videtur: quamuis olim eos qui mortem expauescerent (qualiteruarum vultus horrerent) irriserit. Ceni obsecro eumqz ut soles corripe: ut facile ferat necessitatem. Congredere ergo nobiscum vnaqz cum aliis plū opus exsequere. So. Honesti o clinia voti quantum in me est compōs efficieris: presertim cum sanctum opus sit quod iubes. proponeremus itaqz. Si enim sic se habet properandum est. Cli. Cum primum te o Socrates viderit: conualescet. Et enim sepe contigit: ut quodammodo resipisceret. So. Ergo secus muros peritonios agros ad eum perrerimus. Prope enim portas versus columnam amazonidem habitabat. Inuenimusqz illum lucturis validum et robustum corpore: sed animo imbecillum/ et consolatione admodum indigentem/ respirantem sepe/ trahentemqz suspiria multis cum lachrymis et percussione palmarum. Que cum vidi sem quid hoc Arioche inquam: ubi nam pristina illa tua et iactabunda constantia: ubi perpetue virtutum laudes? Ubi mira tui animi magnitudo/ atqz audacia? Ut enim luctor ignarus in Gymnasijs generosus apparet: in certaminibus succubisti: cur nature ipsius ordinem non consideras: cum sis vir tantus et tot insuper disciplinis imbutus: et si nichil aliud athe-

nensis tamen. An non tenes vulgatam illam tritamq; sententia: quia dicitur peregrinationem quandam vitam hanc esse et opere nos recte et equo animo peregrinantes: haud egra sane sed leta mente ad id quod debitum et necessarium est accedere. Mollicies autem hec non etati mature sed infantil conueniens. Ari. Hec o Socrates recte dici videntur. Verum nescio quomodo imminentे discriminē sermones ipsi de tolerantia copiosi: clanculum evanescunt et negliguntur. Suboatur autem repugnans quidam paucus: animū vnde q; circūcutiens. Heu hac luce iisq; bonis priuabor. Jacebo obscurus: gustu visuq; captus putrescam: si vermes pulueres conuertar. So. Coniungis o Arioche absq; rationis examine cum sensus priuatione sensum: ac tibi ipsi et loquendo et agendo repugnas: nec aduertis quod simul de sensus priuatione conquereris et meres ob putredinem amissionemq; bonorum: tanq; in aliam vitam transiturus: potiusq; in sensus omnis priuationem aliquando migratus: priuationem inq; tem: qualis ortum precessit. Ut enim in republica Draconis vel Calisthenis nichil tibi contigit malum: tu enim non eras circa quem esset malum: sic post mortem nullum tibi aduersum: tu namq; no eris circa quem futurum sit malum. Omnes igitur huiuscmodi nugas abste pelle. Idq; considera q; dissoluto eo quod compositum fuit: et anima in locum proprium abeunte: hoc quod restat terrenum et irrationale corpus homo nullomodo est. Nos enim sumus anima immortale animal in habitaculo mortali clausum: idq; umbraculum nobis ad malum natura construxit. Cui que dulcia sunt adulterina sunt flura: et plurimis permixta molestissim: que vero molesta/integra/diurna/suaquimq; expertis. Accedunt tumores bilis: atq; pituisse: ac sensu morbi: necno corruptiones viscerum: quibus anima necessario condoleat per singulos diffusa meatus: ut singula vinciat. Quo fit et celestem/cognatiq; etheream desideret: sitiatis vitam/chorumq; supernū. Nam vite huius amissio: a malo in bonū est transitus. Ari. Cum malam iudices hanc vitam o Socrates: quid in ea permanes: presertim cum ista potissimum mediteris: aliorumq; curato existas: et mente ceteros antecellas. So. Arioche haud satis michi verus es testis. Existimas enim quemadmodum atheniensis populus: postq; rerum perscrutator: summe aliquid scire. Ego autem optarem quidem communia ista cognoscere: eum ne dum supervacua calleam.

quidem duab⁹ tertīis partim duabus dragmīs partim quatuor
 empta. gratis sane ī nullum erudit. Ac semper habet ī ore Epī
 charmi illud. Manus manū lauat: dans aliquid aliqd accipe. Su
 pioribus autē diebus cū apud Calliā Hippomei filiū declamaret
 tot contra vitam intulit: ut parū afuerit: quin ego vitā finireni. et
 ex illo tēpore continue animus meus o Arloche moritur. Axi.
 Que sunt igitur ea que dixit. So. Referam omnia quoꝝ apud
 me memoria restat (inquit em̄) que pars vite non plena malis: an
 non vix natus ī fans ē vestigio luget: vitamq; inchoat a merore?
 Nec vllus abest dolor: sed vel propter indigentia: vel frigus: vel
 calorem: vel percussione plorat: nondum potest verbis que pati-
 tur explicare: slet autem: atq; vociferat: vñāq; hanc habet vocē:
 molestie signū. cū vero septimū etatis annū impleuerit: plurimis
 laboribus curatur. Surgūt nimirū pedagogi: grāmatici gymna-
 stici: pedotriū: slliq; nō secus dominātur ac tyranni. Cū paulisp
 edoleuerit: cēlores arithmetre geometre distributores ē innume-
 ri preter istos domini presunt: ē phebum vero metus circūuenit:
 atq; mācipat līciū ē academia: gymnasij principat⁹: sceptrā: ma-
 lorūq; immoderatio prorsus occurrit: oīsq; adolescentis angustia
 sub morū censoribus: consilioq; areopagitarū electis consistit. cū
 istorū dictione solutus fuerit: cure: cōsultationesq; surrepūt: dum
 quē vite callē ingrediēceat disceptatur. adeo ut sequētiū cōpa-
 ratione laboꝝ: precedentia illa leuita videātur: ē solis ī infantibus
 metuēda. Expeditiones bellī: ac vulnera: frequētiaq; certamina
 surgūt: demū senectus ipsa clā serpit: in quā omnē nature sordidū
 et insauabile malū confluit. ē nisi quis statim vt debitū reddat vi-
 te: natura tamq; questuaria īstat: atq; pignora exigit: ab hoc vi-
 sum: ab isto auditum: ab illo vtrumq; quod si restitat quis: dissol-
 uit: inficit: mutilat: atq; obtruncat: nonnulli ad extremū vsq; se-
 niū viuunt: sed mente bīs pueri decrepiti fiunt. Quapropter
 deus rebus hominū prouidens: quos amat breui ad se ex hac
 reuocat vita. Itaq; Agamedes: atq; Tropionius cum moliti
 essent deo pythio templum: quodue optimum foret precaren-
 tur: confessim somno pressi nunquam postea surrexerunt. Idem
 quoq; arguē Junonis sacerdotib; contigit: cum mater illorum
 ab Junone: pietatis filiorum munus aliquod postularet. Nā tar-
 dante iugo: subeuntes ipsi: matrem ī templum transportauere.
 Cumq; deo voulissent noctu e vita migrarunt. prolixū esset poeta-
 rū referre sentētias: qui diuinis poematiib; calamitates huma-

Epicharmus

Agamedes
TropioniusSacerdos
Junonis,

nevite deplorant. Unum referam poetam clarissimum ita dicetem
Statuerunt dij ut mortales miseri in merore perpetuo viuerent.
Nec est in terra homine quicq; miserabilis. Itaq; aiunt Amphiarau
m ab Ioue atq; apolline summo quodam affectu fuisse dilectum:
neq; tamen senium attigisse. Quid autem tibi de illo videtur: qui
nascentem iubet miseriam sue vite lugere. Verum iam desinam:
ne preter id quod propositum est peruagari longius videar. Quis
est autem qui non de studio atq; arte quam elegit suminopere co-
queratur: mercenarios mechanicosq; artifices discurramus ex
nocte in noctem laborantes: et vix ea que ad victum necessaria sunt
acquirentes: queruli porro viuunt nocturnalq; vigiliis fletu ac
lachrymis complent. Quid dicam de nautis: Quot periculis su-
biciuntur: Recte siquidem Bias nautam nec in defunctorum nec
in viuentium numero computat. homo namq; terrenus tanq; vtri
usq; ac dubie vite particeps: sese mergit in aquam totus fortune
subjectus. At suavis est agricultura. Esto. sed nonne ut aiunt tan
q; vlcus occasionem tristitie semper inuenit. Nunc sane ariditatē
accusat et gemit: nunc imbræ: nunc estum exustionemq; nunc
vermiculos: nunc calorem: nunc frigus intempestiuum. Honoran-
dum vero reipublice studium (ut multa pertranscam) quot ma-
lis eruminisq; torquetur: Letitiam quidem habet pituisse vel bi-
lis estuantis instar mobilem tamidam fallacem et turbulentam:
facturam vero tristem et mortibus mille deteriorem. Quis au-
tem potest esse felix: dum ad turbe nutum viuit: irridetur atq; ex-
ploditur quasi ludus quidam et fabula vulgi: concussus exsibila-
tus mulcatris miserabilis atq; perditus. Ubi nam o civilis Ari-
oche Milchiades obiit: Ubi Themistocles: Ubi Ephialtes:
ubi duces reliqui: His equidem rebus inhaui nunq;. Neq; enim
honorandum michi videtur: dementi in populo magistrisbus
fungi. Qui autem circa theramenem et calixenum postridie pre-
sides insidiatores subigentes indiscreta homines morte damna-
runt: quibus tu vna cum Triptolemo tribus milibus contionan-
tibus repugnasti. Axi. Vera narras o Socrates. Atqui
ex eotempore in hunc usq; diem vitai tribunal: neq; difficulti-
us ac durius quicq; reipublice gubernatione visum est. Perspic-
cuum hoc est lis qui ipsi civilia tractant. Tu vero de his italo-
queris tamquam eminus e specula quadam hec intuitus. Nos
profecto perspicacius ista collemus: qui in opere ipso versa-
mur, populus nempe o amice Socrates ingratus irritator in-

Bias

Milchiades.
Themistocles.
Ephialtes

7

sensus crudelis inuidus rufus: ex confluente turba atq; nigris
coaceruatus: et quisquis hunc familiariter se accommodat: longe
est illo miserius. So. Postquam Axioche disciplinam pre ceteris
liberalium maxime omnium iudicas de uitâ dam: quid de reliquis
existimandum: nonne summopere esse fugiendas. Audiui prete-
rea Prodigum quandoq; dicente m: mortem nec ad viuos nec ad
mortuos pertinere. Axi. qua ratione o Socrates. So. quo
niam circa viuentes mors non est: defuncti vero non sunt. Quā
obrem neq; circa te nunc est: nondum enim es mortuus. Neq; eti-
am si decesseris circa te erit: tu namq; non eris. Inanis igitur do-
lor esset: si Axiochus id lugeret qd nec est circa Axiochum: neq;
erit in posterum. Nam perinde faceres: ac si scyllam/ centaurum
q; horreos Quandoquidem hec monstra: neq; circa te sunt neq;
erunt aliquando. Quod enim metuendum atq; horibile: sis qui
sunt accidit: at iis qui non sunt: nichil expauescendum. Axi. Tu
quidem ista ex leui illa (que iam passim vulgata est) loquacitate
colligis: inde enim est hec inanum verborum copia: gratia adole-
scientiorum composita. Ego autem q; huius vite bonis pñuor:
lugeo: etiam si validiores superioribus rationes adduxeris. Me
us quippe fluctuans ornatum verborum non intelligit: neq; colo-
res orationis attingit. Pompam splendorēm q; sermonis et si au-
dit: negligit: et a veritate procul abest. Sophismatum quoq; cap-
tivulas minime sustinet. Sola hec attēdit que pulsare omnino
et penetrare animum possunt. So. Abq; ratione Axioche ma-
lorum sensum cum honorum pñuatione coniungis. latetq; mortu-
um esse. Eum plane qui bonis orbatus est: contraria passio malo-
rum affigit. Qui vero non est: nec ipsam quidem orbitatem ad-
vertit. Quo pacto igitur obi affligentium abest noticia: ibi esse po-
test affictio: principio enim nisi sensum quendam per iusticiam po-
neres: mortem non expauesceres. Nunc autem per uertis teipsū
metuens ne smittas animam. Anmissioni vero animam addicias.
formidas ne sensu pñueris: purasq; non existentem sensum sensu
comprehendi ex eo q; multi atq; preciari sunt de animi immortali-
tate sermones. Neq; enim natura mortalis in tantam excellenti-
am surrexit: ut violentiam immanium brutorum contemneret
mare transiret: conderet urbes: re publice prescriberet ordinem
in celum suspiceret: astrorumq; circuitus metiretur: solisq; et lune
progressus animaduenteret: ortus atq; occasus: defectus insu-
per: celeresq; restitutiones meridianas: duplicesq; conuersio-
nes: pliadas et hyemem pariter et estatem: ventorum flamina

Prodicus

Insectatur
sophisticam

et impetus imbratum iactu presteris fulgurisq coruscum: et mun
di deniq passiones in eternitate mirifice susteret nisi diuinus spis
ritus aliquis inesset in animo: per quem tantaru reru esset intelli
gentiam consecutus. Quamobrem non in mortem omni Arioche
sed in ipsam immortalitatem migras. Neqz bonis priuaberis: sed in
tegra bonoz possessione frueris. Nec voluptates mortali corpori
mixtas percipies amplius: sed omni proflus tristitia vacuas. Il-
luc inq proficisceris ab hoc carceri liber: ubi quieta omnia et tri-
stitia senectuteq semota. Ubi exultatio sancta vitaq malorum
nescia: et tranquilla pace nutrita: naturam rerum speculans: et
archana philosophie contemplans. Haud sane ad turbe theatri
ue gratiam: sed ad perspicue veritatis obiectu. Ari. In cōtrariū
me affectu oratio tua deduxit. Neqz em mortem formido iam sed
opto: Ut autem rethorū more ego quoq eruberans aliquid ex
pāmā: iam sām o Socrates euehor: i sublimē diuinūq circuitum
thronūq percurro. Ex hac ibecillitate me eximēs: renat⁹ sum.

Sobrias.

Opis
becaergos

Go. Referam preterea tibi si placet: que Sobrias magus mi-
chi tradidit. inquit enim eo tempore quo Xerxes in greciam tran-
sīt: auū suū Sobriam nomine missum fuisse in delum ad custodi-
endam insulam. in qua dī extabant duo. Ubi ait ex quisbusdam
tabulis eneis: quas opis et hecaergos ex hiperboeis attulerūt
se didicisse in corporis solutione animam in occultum sub terram
migrare locū. in quo Junonis est regia: haud iouis angustior aula.
Quippe cum terra mundi mediū teneat. Celum vero sphericū
sit cuius hemispherium unū: dī celites sortiti sunt. Alterum infe-
riores partim celicolarum fratres: partim filii fratrū. Vestibula
vero plutois prouincie: claustris eneisq cathenis vndiq vinc-
untur. Illum qui ista reserat flui⁹ acheron primo deinde cocyt⁹
excipit. Quibus trans cursis oportet ad Minoem et Rhadaman-
tum duci: in eam videlicet regionem qui veritatis campus cogno-
minatur. Ubi sedent iudices: examinantes venientis cuiusq vitā
Hic mēdaciis tutari se nemo potest. Quibusq sititur in vita bo-
nus aspirauit demon: in locū isti piorz prāseunt. Ubi ver eternū
omnigenis exuberat fructib⁹ fontesq nitentium aquarum scatu-
riunt. prata insuper amena variis depicta coloribus. Nec desunt
philosophatium cetus: poetarūq theatra. Circulares ibi choa:
et musice cantilene: suavesq concētus: iocunda cōiuia: sancti⁹
et vberes conuentus: bībentū inusitabile gaudium: dulcisq con-
victus. Non frigoris illic aut caloris excessus: sed aeris natura
salubris: leuisbus solis radis tēperata. hic purgatorum sunt ani-

8

morum sedes: ubi diuina mysteria celebrant. Quid igitur obstat:
quoniam tibi primo honor/ premiūq; illuc detur cum originē a deo du-
cas. Eos quoq; qui circa herculem et dyonisium cum illuc descen-
dunt purgatos ire ratio dictat: spemq; felicis itineris ex cereris
cultu suscipere. Contra qui vitam sceleribus inquinarunt: repete
per tartarum a furiis in herebum/chaosq; raptantur. Ubi pater
impiorum prouincia danaidumq; puellarum laborirritus: aquis
cribra implere frustra nientium. Ubi tantali sitis/ Titi viscera/
Sisyphis saxum perpetuo reuolubile/ ubi fere mordaces insepa-
rabiliter corporibus se circūplicant/ ubi faces inextinguibles car-
nes exurunt/ ubi homines impli omniformibus suppliciis crucia-
ti: perpetua punitione vexantur. Hec equidem a Sobria percepī
Tu vero de his iudices o Axioche. Ego em ratione coactus hoc
solum plane firmiterq; cognosco: animā omnem immortalem exi-
stere. et eā que pura ex iis locis abierit: sine tristitia vluere. Quā
obrem siue sursum seu deorsum tendas Axioche: beatum fore te
oportet si modo pie sancte q; vixeris. Axī. Erubesco mi socra-
tes et ulterius loqui vereor. Tantum a me formido mortis abest:
ut iam mori vehementer ex optem. Adeo michi sermo superior/
quasi celeste oraculum: persuasit. Nūc igitur hanc vitam sperno:
ut pote in potiorem locum feliciter transiturus. Quapropter in
presentia que dicta sunt: mecum ipse tacitus animaduertam. Tu
vero post meridiem o Socrates ad me redibis. So. faciam ut
dicis: sed iterum in Cynosargem reuertar deambulatiōis gratia
ynde huc ad te deductus sum.

Xenocratis de morte finis.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
